

§ XX. id quod disputatione superiore undecima prolixè comprobavimus.

33. Abhorret hæc phrasis ab ἡποτυπώσεις ὑ-
γιαίνόντων λόγων: & ut Formula Concordiæ
piè admonet, simpliciter pugnat cum doctrina de
particulis Exclufivis, in articulo justificationis &
salvationis: quibus particulis D. Paulus opera &
merita nostra, ab articulo justificationis & salutis
nostræ penitus excludit, & omnia soli gratiæ atq;
clementiæ divinæ, & Christi merito adscribit.

34. Quin phrasæ illæ. (de necessitate bonorum
operum ad salutem) perturbatis & afflictis con-
scientiis veram Evangelij consolationem eripiunt:
occasionem præbent dubitationi de gratia Dei:
multis modis sunt periculose: præsumtionem &
falsam opinionem de propria iustitia; & fiduciam
proprie dignitatis confirmant: à Pontificiis acce-
ptantur, & ad ipsorum malam causam fulcien-
dam adducuntur.

35. Vnde Formula Concordiæ Artic. 4. pag. 624.
& ante eam B. Lutherus, hanc loquendi formu-
lam. ut & illam, quod impossibile sit sine o-
peribus bonis salvari: & quod nemo un-
quam sine bonis operibus sit salvatus: tan-
quam falsas & erroneas rectissimè exploferunt.

36. Ejusdem valoris est & illa altera propositio,
à Synodo Tridentina, & aliis etiam postea defensa:
Quod videlicet bona nostra opera salutem
confer-